LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 35v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

facile est nulli: Ex his n. duobus. alterum sensibile est: alterum caret se
su: potestas faciendi aliquid non pōt esse: nisi in eo: quod sentit: quod
sapit: quod cogitat. quod mouetur: ne incipi. aut fieri aut consumari
quicq̄ potest: nisi fuerit ratione preuisum: & quemadm̄ constet: pos
tq̄ fuerit effectum: Denique si facit aliquid: qui habet voluntatem ad fa
ciendum: & manus. ad id: quod voluit: implendum: Quod aut in
sensibile est: mersa & torpidum semper iacet: nihil inde oriri potest:
ubi nullus est motus voluntarius: Nam si omne animal ratione cō
stat: certe nasci non potest ex eo: quod ratione preditum non est: nec ali
unde accipi potest id quod ibi unde peritur: non est: Nec tamen cō
mouear aliquem: quod animalia quedam de terra nasci uidentur:
Hec n. non terra per se gignit: sed spiritus dei: sine quo nihil gignitur: Nō
ergo deus ex materia. quia sensu preditum ex insensibili. sapiens ex bruto.
immortale de mortali exps corporis de corporali nūq̄ potest oriri: sed mate
ria potius ex deo est: Quicquid est. n. solido & contrectabili corpore accipit
exterminum uim: Quod accipit uim: dissolubile interibit: Quod inte
rit: ortum sit: necesse est: Quod ortum est: habuit fontem: unde ori
retur. adest factorem aliquem sentientem prouidum. peritumq̄ faci
endi: Is est profecto: nec ullus alius deus: Qui qm̄ sensu. ratione prude
tia. potestate. virtute preditus est: animantia & animata creare
& efficere potest: Quia tenet: quō fit quidq̄ faciendum: Materia
vero semper fuisse non potest: quia mutationem non caperet & fluxus
set: Quod. n. semper fuit: semper esse non desinit: & unde abfuit pri
cipium: abesse hinc et finem. necē est: Quin & facilius est: ut id: qd
habuit initium: finem careat: q̄ ut habeat finem: quod initio caruit:
Materia igitur si facta non est: nec fieri ex ea potest quicq̄: Si fieri ex ea
non potest nec materia quidem erit: Materia est. n. ex qua fit aliquid:
Omne enim ex quo fit: quia recipit opificis manum: destruitur: & ali
ud esse incipit: Ergo quoniam finem habuit materia: tum cum facto
est ex ea mundus & initium quoq̄ habuit: Nam quod destruitur: é
dificatum est: Quod soluitur alligatum: Quod finitur: inceptum:
Si ergo ex immutatione actione materie colligitur habuisse principium:
a quo alio fieri nisi a deo potuit: Solus igitur deus est: qui factus nō
est: Et ideirco destruere alia potest: ipse destrui non potest: Permane
bit semper in eo: quod fuit: Quia non est aliunde generatus nec or
tus nec natiuitatis eius ex aliqua re pender: que illum mutari dis
soluat: Ex seipso est: ut in primo diximus libro: & ideo talis est: q̄ le